



PROVA: SEN_0004_LT_IT

Scena	Atto V, scena 1, versi 910–953
Sottotitolo	Medea esita a uccidere i suoi figli
Autore	Seneca
Data / Periodo storico	Antichità
Tema(i)	Maternità, giustizia, vendetta, colpa, innocenza
Personaggio(i)	Medea
Lingua	LT

Brano

Medea nunc sum; creuit ingenium malis.

iuuat, iuuat rapuisse fraternum caput,

artus iuuat secuisse et arcano patrem

spoliasse sacro, iuuat in exitium senis

armasse natas. quaere materiam, dolor:

ad omne facinus non rudem dextram afferes.

quo te igitur, ira, mittis, aut quae perfido

intendis hosti tela? nescio quid ferox

decreuit animus intus et nondum sibi

audet fateri. stulta properaui nimis:



Cofinanziato
dall'Unione europea

Codice progetto:
2024-2-FR01-KA210-SCH-000295678

Il supporto della Commissione europea per la produzione di questa pubblicazione non costituisce un'approvazione dei contenuti che riflette solo le opinioni degli autori e la Commissione non può essere ritenuta responsabile per qualsiasi uso che possa essere fatto delle informazioni in essa contenute.



920 ex paelice utinam liberos hostis meus
aliquos haberet - quidquid ex illo tuum est,
Creusa peperit. placuit hoc poenae genus,
meritoque placuit: ultimum, agnosco, scelus
animo parandum est - liberi quondam mei,
uos pro paternis sceleribus poenas date.
cor pepulit horror, membra torpescunt gelu
pectusque tremuit. ira discessit loco
materque tota coniuge expulsa redit.
egone ut meorum liberum ac prolis meae
fundam cruorem? melius, a, demens furor!
incognitum istud facinus ac dirum nefas
a me quoque absit; quod scelus miseri luent?
scelus est lason genitor et maius scelus
Medea mater - occidant, non sunt mei;
pereant, mei sunt. crimine et culpa carent,
sunt innocentes: fateor, et frater fuit.
quid, anime, titubas? ora quid lacrimae rigant
uariamque nunc huc ira, nunc illuc amor



Cofinanziato
dall'Unione europea

Codice progetto:
2024-2-FR01-KA210-SCH-000295678

Il supporto della Commissione europea per la produzione di questa pubblicazione non costituisce un'approvazione dei contenuti che riflette solo le opinioni degli autori e la Commissione non può essere ritenuta responsabile per qualsiasi uso che possa essere fatto delle informazioni in essa contenute.



diducit? anceps aestus incertam rapit;
ut saeua rapidi bella cum uenti gerunt,
utrimque fluctus maria discordes agunt
dubiumque feruet pelagus, haut aliter meum
cor fluctuatur: ira pietatem fugat
iramque pietas - cede pietati, dolor.
huc, cara proles, unicum afflictæ domus
solamen, huc uos ferte et infusos mihi
coniungite artus. habeat incolumes pater,
dum et mater habeat - urguet exilium ac fuga:
iam iam meo rapiuntur auulsi e sinu,
flentes, gementes osculis - pereant patri,
periere matri. rursus increscit dolor
et feruet odium, repetit inuitam manum
antiqua Erinys - ira, qua ducis, sequor.



Cofinanziato
dall'Unione europea

Codice progetto:
2024-2-FR01-KA210-SCH-000295678

Il supporto della Commissione europea per la produzione di questa pubblicazione non costituisce un'approvazione dei contenuti che riflette solo le opinioni degli autori e la Commissione non può essere ritenuta responsabile per qualsiasi uso che possa essere fatto delle informazioni in essa contenute.